



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sententiae S. Scripturæ perquam suaves, de Incarnatione & Natiuit. D. N.  
Iesu christi. Et Paracles. ad easdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

196 CONSOL. EX INCAR. ET NAT. CHRISTI.

Nunc verò Sētentias aliquot, tanquam suauiter spi-  
rantes flosculos, ex S. Scripture viridario desumpiu-  
corde suscipiamus: usque nos recreemus.

S ENTENTIÆ S. S C R I P T V R E  
perquam suaves, de Incarnatione & Natiuitate D.  
n. Iesu Christi.

SENTENTIA I. *Esaie* 7.

Hæc dicit Dominus: Ecce virgo concipiet, & par-  
filium, & vocabitur nomen eius E M A N V E L.

P ARACLESIS.

CAP. VI. Vocabulū hoc dulcissimum explicat S. Es-  
angelista Matthæus, Quod est interpretatum,  
Matth. 1. Chrysost. in  
Esaiam pro-  
phetam.

Luc. 7.  
Matt. 9.  
Lucx 19.

V angelista Matthæus, Quod est interpretatum,  
inquit, NOBISCVM DEVS. Tunc enim maxime nobis-  
cum fuit Deus, quando super terram visus, & cum hu-  
minibus conversatus, multam nostra salutis promova-  
tiam declarauit. Non enim iam angelus, non ite ar-  
angelus nobiscum: Sed ipse suo descensu Dominus an-  
nem in se recepit medelam & correctionem. Cum mer-  
itribus loquitur familiariter: cum publicanis recu-  
bit: domos ingreditur peccatorum: latronibus se conu-  
niendi liberam concedit fiduciam. Denique nostra han-  
naturam sibi ipsi conuiuit. Deo ergo hominibus adfis-  
te, nihil relinquitur iam homini formidandum, & quid  
illi incutiat tremorem: magis vero, ut de uniuersi-  
duciam sumat: quod & ipsa contigit. Illa enim mal-  
a progenitoribus inuicta, & quæ immota videbantur  
dissoluta sunt. Sententia aduersus commune hominum  
genus prolata, submota est. Quin & nerui illorum pe-  
cati resecti sunt: & diaboli tyrannis deperiit. Paradi-  
eatenus omni humano generi inaccessus, homicide &  
latroci primùm nunc patuit. Mors, nomen quidem re-  
net deinceps, ipsa re spoliata.

SEN

Ait Ang  
parie  
Hic  
N  
pro  
diabolis,  
nes. Q  
Propheta  
Iesu meo  
time scim  
VATOR  
lus, salu  
Apostol  
Dei ems  
propecc  
etiam pr  
rat nom  
Qui ait  
Apostol  
dissoluat  
magnus  
deon, Se  
uastabit  
gun, &  
Si Deuu  
quis est  
rem: hic  
Ego sun  
tay itida

## SENTENTIA II. Luca 1.

Ait Angelus ad Mariam: Ecce concipies in utero, &  
paries filium: & vocabis nomen eius I E S V M.  
Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.

## PARACLESIS.

**N**omen hoc mell suum IESVS, omnia Filii Dei ex- CAPUT  
primit beneficia: & dulcissimas aduersus peccati, VII.  
diaboli, mortis, & inferni terrores continet Consolatio-  
nes. Quid est enim IESVS nisi SALVATOR? Ideo S. Abac. 2.  
Propheta ait: In Domino gaudebo, & exultabo in Deo  
Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea. Proinde si per-  
timescimus peccatum: hic puer est IESVS, hoc est, SAL-  
VATOR noster, contra peccatum. Ipse enim, ait Ange-  
lus, saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et Matt. 1.  
Apostolus Ioannes, Sanguis, inquit, Iesu Christi filij  
Dei emundat nos ab omni peccato. Ipse est propitiatio  
pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed  
etiam pro totius mundi. Si terret nos diabolus: succur-  
rat nomen IESV, qui contrivit caput serpentis antiqui.  
Qui ait: Princeps mundi huius iam indicatus est. Et Gen. 3.  
Apostolus Ioannes ait: In hoc apparuit filius Dei, ut Ioan. 16.  
dissoluat opera diaboli. Ideo dixit Gabriel: Hic erit  
magnus, id est, fortia facta edet: & maiora quam Ge-  
dem, Samson, & alii heroes: quia regnum diaboli de-  
natabit. Et filius, inquit, Altissimi vocabitur: Rex re- Apo. 17. 19.  
gun, & Dominus dominantium, Deus de Deo: & ideo  
Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat,  
quis est qui condemnat? Ad hec, si pertimescimus mor- Rom. 8.  
tem: hic puer IESVS est, seu Salvator. Ipse enim dixit:  
Ego sum Resurrectio & Vita. Si uirget Infernus: ver- Ioan. 14.  
tur itidem ob oculos nomen IESV, qui locutus est per  
SEN

N 3 prophē-

198 CONSOL. EX INCAR. ET NAT. CHRISTI.  
prophetam: De manu mortis liberabo eos, de morte ne-  
dimam eos: ero mors tua ò mors, mors tuus ero infernus.  
Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum  
nostrum Iesum Christum.

Osee 13.  
1. Cor. 15.

SENTENTIA III. Luca 1.

Per viscera misericordiae Dei nostri, visitauit dominum  
Oriens ex alto.

PARACLESIS.

CAPUT

VIII.  
Bernar. Ser.  
7. de Aduen-  
tu Domini.

Ephes. 3.

Philip. 4.  
Rom. 8.  
1. Cor. 1.

**G**eneralis est humano generi miseria triplex. 1. discernere volumus inter bonum & malum, de-  
pinximus: Si tentamus facere bonum, deficimus: si con-  
sumur resistere malo, deiiciemus ac superamur. Necesse  
rit proinde Salvatoris aduentus: qui per fidem in ut-  
bis habitans, illuminet cætitatem nostram: & nobiscum  
manens, adiunget infirmitatem nostram: & pro nobis  
stans, fragilitatem nostram protegat & propugnet. 2.  
enim ille in nobis: quisiam decipiatur nos? Si ille nobiscum:  
quid non poterimus in eo qui confortat nos? Si ille promi-  
bis: quis contra nos? **N**imirum ipse est Dei Sapientia;  
cui semper in promptu sit instruere ignorantibus: ipse Do-  
Virtus cui facile sit deficientes resicere: & eripere pen-  
clitantes. Ad hunc ergo tantum Eruditorem in omnibus  
deliberatione curramus: hunc tam strenuum Adiu-  
trem in omni operatione inuocemus: hunc tam fido Pro-  
pugnatori in omni collectu committamus animas  
nostras: qui ad hoc venit in mundum, ut tenebras mi-  
stras illuminaret: labores lenaret: & pericula pro-  
pulsaret.

Hoc au-  
diens  
Ecce  
voca  
inter  
E M  
par  
tribu h  
Deitati  
à meria  
appar u  
Jacob e  
appar u  
misit, v  
Israel +  
nobis m  
tem acc  
ditione  
condon a  
Euang  
sui Cor  
crucis f  
& ad r  
cum su  
seculi.

SEN.

## SENTENTIA IIII. Matthei 1.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius E M M A N V E L: quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

## PARACLESIS.

**E**MANVEL nobiscum Deus: facie ad faciem ap- CAP. IX.  
Epares nobiscum Deus. Abrahe patri credetum Origenes in.  
tribus horis temporis, licet non per ipsam ineffabilem cap. 1.  
Deitatis substantiam, sed potius per angelicam speciem, Matt.  
a meridie visus est: nobis triginta tribus annis in terra Genes. 18.  
apparuit, & cum hominibus conuersari dignatus est. Jacob etiam breui tempore per angelum nihilominus Genes. 32.  
apparuit colluctans cum eo: quiq. se ab eo superari permisit, ut hunc mundicordem merito benediceret, atque  
Israel nominaret: nobiscum Deus amplius magis, pro nobis magnificum certamen adimplens: usque ad mortem accedens, ut morte sua mortem occideret, & benedictionem atque immortalitatem mundo corde populo condonaret: qui fiducialiter dicit, Nobiscum Deus: per Euangelistarum & Apostolorum prædicationem: per sui Corporis & sanguinis sacramentum: per gloriose crucis signaculum. Per ista ergo omnia nobiscum Deus, & ad nos atque in nobis. Sicut ipse ait: Ecce ego vobis- Matth. 28.  
cum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

SEN.

SEN-

SENTENTIA V. *Luce 2.*

Dixit Angelus pastoribus: Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est C H R I S T U S D O M I N U S , in ciuitate David.

## PARACLESIS.

CAP. X.  
Bernard. Ser.  
1. de Epiph.  
Dom.

Ioan. 3.

Rom. 8.

CAP. XI.  
Bernard.  
Ser. 2. & 3.  
de Cir. dom.

**Q**uid tam necessarium perditis, quid tam optabile misericordia, quid tam utile desperatis? Nonne desperarem audiens quia venit ille, cuius legem sic prænarratus sum: cuius patientia sic abusus sum: cuius beneficio tam ingratus fui? Quae verò maior consolatio poterat esse, quam in dulci vocabulo, in nomine consolatorio? Propterea Christus ipse dixit: quia non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum: sed ut saluerit mundus per ipsum. Nam confidenter accedo: iam supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quando SALVATOR venit in domum meam? Ei soli peccavi: donatum erit quicquid indulserit ille. Deus est qui iustificat: qui est qui condemnat? Aut quis accusabit adversus electos Dei?

SENTENTIA VI. *Luce 2.*

Postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer: vocatum est nomen eius I E S U S .

## PARACLESIS.

**M**erito dum circunciditur puer, qui natus est nobis, SALVATOR vocatur: quod videlicet ex hoc iam coepit operari salutem nostram; immaculatum illum.

illum pro nobis sanguinem fundens: nō utiq. propter se,  
sed propter electos. Nam neque in peccato genitus, nec à  
peccato circuncisus, nec mortuus est pro peccato suo: ma-  
gno autem propter dilecta nostra. Omnes enim peccauerūt,  
at Apostalus, & egent gloria Dei. Et also loco, Mishi, Gal. 6.  
inquit, abhīt gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu  
Christi. Quid enim gloriosus nobis, quām quod tanti  
estimauit nos Deus. Quaeve maior illi gloria, quām  
tanta dignatio, & tanta benignitas: eō utique dulcissi-  
ma, quia tam gratuita? Nam pro impiis circuncisus,  
ac denique mortuus est. Videlicet quantum fecit, & pro  
qualibus. Pro qualibus, ut non superbiamus: quantum,  
ne desperemus? Quid enim tam necessarium fuit ad eri-  
gendam spem nostram, mentesque mortalium condicio-  
ne ipsius mortalitatis abiectas ab immortalitatis despe-  
ratione liberandas: quām ut demonstraretur, quanti  
nō penderet Deus, quantumq; diligenter? Quid verò  
huius rei tanto isto indicio manifestius atq. praelarius:  
quām ut Dei filius immutabiliter bonus, in se manens  
quoderat, & à nobis & pro nobis accipiens quod non  
erat, prater sua natura detrimentum nostrum dignatus  
miri consortium, prius sine ullo malo suo merito mala  
nostra perficeret: ac sic iam creditibus, quantum nos  
diligeret Deus, & quod desperabamus iam speratibus,  
dona in nos sua sine ulla bonis meritis nostris, inò pre-  
cedentibus & malis meritis nostris, indebita largitate  
conferreret? quia & ea quā dicuntur merita nostra, dona  
sunt eius. Commendat, inquit Apostolus, charitatem Rom. 5.  
suum Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores es-  
semus, Christus pro nobis mortuus est. Multò magis  
iustificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira  
per ipsum. Adhuc addit & dicit: Si enim cùm inimici  
essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius:

Nostri sicut multò

August. de  
Trin. lib. 13.  
cap. 10. 15.  
& 16.

multò magis reconciliati falsi erimus in vita ipsius.  
Tantum nobis præstítit bonum Medicus ille, qui in  
Hebraicè IESVS, Græcè ΣΩΤΗΡ, nostra autem locum  
ne SALVATOR. Attende autem quod dicit Apostolus  
iustificari nos in sanguine ipsius. Quæ vis est sanguis  
huius; ut in eo iustificantur credentes? Peccata nostra  
diabolus tenebat: & per illam nos merito fugebat in mortu-  
dimisit ea, qui sua non habebat: & ab illo immerito ei  
perductus ad mortem. Tantum valuit Sanguis ille, ut  
neminem Christo indutum in eterna morte debita denun-  
tare debuerit, qui Christum morte indebita vel ad im-  
puls occidit. Quis igitur iam dubitet Christū daturus  
Vitam suam, pro quibus inimicis dedit Mortem suam?  
Et si tantum valuit Mors Christi, ut vitam conferret:  
an non validior multò Vita eius censenda est, ut nobis  
vitam conseruet?

## SENTENTIA VII. Ad Galatas 4.

Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium  
suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos  
qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem fi-  
liorum reciperenius.

## PARAGLESIS.

CAPUT  
XII.

**D**uo assumptæ carnis beneficia Apostolus indicat:  
liberationem à malis, & bonorum subministra-  
tionem: que quidem nullus præstare poterat, nisi Christus solus. Sunt autem liberari ab execratione legis: &  
adoptari in ius filiorum Dei. O immensa Dei in nos be-  
neficia! Ut enim hominem captiuum, de cuius supplicio  
capitali sententia iuncta est & promulgata, nulla alia  
vox consolari potest, quam Principis, qui liberationem  
pollicetur: ita hominem lapsum in peccatum, ob idque  
damnatum, de cuius aeterna damnatione Decretus

sancti

sanctum, in lege iam promulgatum erat, nulla alia vox  
 consolari potuit, quam filii Dei, promittentis se legi sa-  
 tisfactum, & paenam in se deriuaturum. Qui cum  
 non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in  
 secepit pro omnibus, ut omnes ab ea liberaretur: &  
 mortuus, eos quibus erat moriendum exemit a morte,  
Psal. 87.  
Esa. 53.  
 filius inter mortuos liber. quippe qui peccatum non fe-  
 cit, nec est inuenitus dolus in ore eius. Nec satis illi erat,  
 hominem perditum liberare: insuper gloria & honore  
 coronauit eum, nempe filiorum Dei. Cogita: si Rex quis-  
 piam, vel Regis filius te morti obnoxium dispendio sua  
 salatis a morte exemisset: nec hoc contentus, te situ ac  
 pedore carceris squalidum optimis vnguentis perfundi  
 mandasset: præterea non modo fame, siti, ac inedia con-  
 fitum adipe frumenti & sanguine vase meracissime,  
 ad venustatis pristine reparationem refici: ac vilissimis  
 pannis corpori tuo detractis indui curasset purpura &  
 omni geno mundo: postrem in filium adoptasset, Re-  
 gnum consortem conscripsisset: an non beneficium hoc om-  
 nium esset maximum? nonne obstupesceres? Plus autem  
 tibi Deus contulit in filio suo Iesu Christo. Nam ab ater-  
 na morte nullo temporis fine terminanda te redemit: &  
 filium Dei, confortem diuina Nature, & heredem Vita  
 eterna constituit. Et unde constat, inquis, nos factos esse  
 filios Dei? Audi Apostolum. Omnes filii Dei estis per  
 fidem, que est in Christo Iesu. Quicunq; enim in Chri-  
 sto baptizati estis, Christum induistis. Itaque si Chri-  
 stus est filius Dei, tu vero illum induisti: cum habes fi-  
 lium in te, & in illum per similitudinem transformatus  
 sis in eandem cognationem, vnamq; speciem perductus es.  
Gal. 3.  
 Ideo dicit: Omnes enim vos unū esis in Christo Iesu.  
 Quid lis verbis stupēdū magis et renerēdū? Qui prius  
 vix Ethnicus, aut Judeus, aut seruus: nunc obambulat  
 firmam

formam gestans non Angeli, neq. Archangeli, sed universorum Domini; atque in se Christum representationem. Quanta dignatio Dei, patrem hominum esse: quam hominum gloria, Dei filios esse & heredes? Nam simili, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.

## CONSOLATIO EX S. BAPTISMO DOMINI nostri Iesu Christi.

Fructus S. Baptismi D. N. Iesu Christi.

CAPUT  
XIII.

Apoc. 1.

Mat. 3.

Ephes. 2.

Coloss. 1.

**S**acrosancto suo Baptismo Christus Iesus D. N. ostendit se esse SALVATOREM MUNDI: atque ideo ad nos venisse in mundum, ut sanguinem suum profunderet, quo nos a peccatis nostris ablueret. Sicut scriptum est: *Dilexit nos, & lanuit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Et, ut per suum S. Baptismum aquas nostra sanctificaret, nobisq; fontem salutis pararet: nempe, *saltare Lanacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti:* ut scribit Apostolus Paulus ad Titum, cap. III. *Huius Effectus & Fructus declarantur in historia Euangelica, ubi sic legitur: Baptizatus Iesus, confessus ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt celi: & vidit Spiritum Dei descendente sicut columbam, & ventem super ipsum.* Et ecce vox de celis, dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Sed expendariae sunt singulae historie partes. APERTI SVNT CALLI. Eo significatum est, Christum esse, per cuius Incarnationem & sanguinis effusionem humana cœlestibus insigerentur: qui cali iannis apertis, aditum nobis ad thronum Dei fecerit. Sicut S. Paulus dicit: *Per ipsum habemus accessum ambo (Iudei & Gentes) in uno Spiritu ad Patrem.* Et iterum: *Pacificans per sanguinem crucis eius, sive que in terris, sive que in celis sunt.*

ET VI.